1581

NOS STEPHANVS

Dei gratia, Rex Poloniæ, Magnus Dux Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Kiouiæ, Volhiniæ, Podlachiæ, Liuoniæq; Dominus, nec non Transsiluaniæ Princeps, Ad perpetuam rerum temporumq; memoriam, Vniuersis et singulis quorum interest, et interesse in posterum, harum notitiam habituris, hæc significamus. Duo sunt in quibus Principis munus potissimum consistit, quorum alterum est, vt cultus diuinus verus et germanus inter suos retineatur; qui hominis præcipuus statuitur finis: alterum, vt cuiusq; status suum reddatur, quod ciuilis vitæ fundamentum iudicatur. In utroq; ab initio regiminis nostri, in Transsiluania etiam prædare aliquid conati sumus; in primis autem in depellendis religionis erroribus, quibus illa prouincia diuino munere nobis oblata impliciata est, quibus in rebus nulla præstantior ratio se nobis obtulit, quam et exemplo ceterorum Principum, doctos viros, pietate ac vitæ commendatione insignes in Transsiluaniam accerseremus, quorum doctrina et pijs institutis vera pietas in suam antiquam possessionem restitueretur, et sacrarum litterarum, atq; humanitatis studijs iuuenes instructi, alij ad erudiendas res sacras, alij ad ciuilitatis studia aptiores redderentur. Quarum quidem rerum causa, nostræ gentis homines longissimas peregrinationes, magno sumptu suscipere sunt coacti, cum neq; in Transsiluania, neq; in ipsa Vngaria, collegia aut Academiæ vllæ haberentur; imo sæpe fœmulitus prædaris magnijs alio ob sumptuum inopiam profiscisci non liceret, rebus Vngariæ Turcica potentia auctæ vehementer afflictis. Hinc intermissis honestis litteris, inter homines militari scientia dedितos, etiam pietatis studia refrixerunt, et omnis vitæ elegantia sublata est. Quamobrem vt et Deo, et hominibus uixisse, atq; adeo de patriate benemeriti videremur, ex certa scientia, et multa deliberatione nostra, cum Beatissimo in Christo Patre, et domino, domino Gregorio Papa xiij Pont. Max. et Illmo Principe, domino Cristophoro Batbori de Somlio, Vaiuoda regni Transsiluaniæ et Siculorum Comite &c. fratre nostro carissimo communicato consilio, scriptis præterea ad Venerabilem Patrem Laurentium Magium, sacræ Theologiæ Doctorem, prouincialem societatis Iesv per Bohemiam et Austriam litteris, visum est Claudiopoli, alias Coloswar, Transsiluaniæ urbe, in prouinciæ limine sita, et hominum aditu ex Vngaria, Polonia, aliisq; locis frequenti, collegium societatis Iesv instituere. Quod de familia societatis Iesv eo potissimum nomine suscepta nobis est cogitatio, quod testatum iam illa apud omnes fere populos Christianos fecerit, de suo præclaro utilij in Ecclesia et Reipub. instituto et munere, quo ex præscripto ordinis sui, tam bonis summa maioribusq; litteris ac disciplinis omnibus, quam moribus bonis iuuentutem imbuere et erudire, et tam in Ecclesia quam Scholis, pijs ministerijs studijsq; quibus assiduo eius societatis patres incumbere debent, in geniorum cultui, ac animarum saluti studere tenentur. Ac ne huius consilij fructus subditis nostris Transsiluanicis ceteris, vicinis locis diutius deberetur, nihil nobis prius putauimus, quam vt vel ad ipsum bellum abhinc biennium proxime elapsum, et tam Vlna urbe nostra relicta, versus Poloniam cum exercitu nostro profecti, Venerabilem olim patrem, Franciscum Sunyerium, per regnum nostrum Poloniæ societatis Iesv prouincialem, in castra nostra euocaremus, et cum eo de mittendis sumptu nostro in Transsiluaniam, ex societate Iesv, aliquot doctis viris agereremus: quod ipse pro suo studio extra Rempublicam Christianam, non modo promouendum suscipit, sed etiam e aliquos ex societate in Transsiluaniam deducturum recepit. quam quidem voluntatem nostram paulo post (cum nos obsessa arce Polonsi in ea recuperanda a Moscouitis nostro Magnoq; Ducatus nostri Lituaniæ laboraremus) deductis duodecim, vel eo amplius ad docendum interioris doctrinæ et pietatis viris, qui in vinea Domini cum pietate operarentur, perfecit; minime longinquitate itineris, multo minus vario discrimine, cui homines interdum peregrinantes sunt obnoxij deterritus. Quare nos respectu et causa istius muneris prædictæ societatis Iesv, quod ex ordinis sui legibus et institutis, cum litteris disciplinis, tradendis, tum pietatis religionis, ac bonorum morum propagatione ab ea prædari debet, pro nostra in religionem humaniores litteras, et ipsam prouinciam nostram Transsiluaniæ, cuius saluti, utilitati, humanitati, ac ornamentis consulere hac in re voluimus, ex certa scientia nostra animoq; bene deliberato, et maturo consilio in Iesv Cristi domini nostri, sacrosancto nomine, in ciuitate nostra Claudiopolitana, alias Coloswar nuncupata, collegium societatis Iesv fundamus, facimus, instituimus, ordinamus, et erigimus, et bonis redditibusq; infrascriptis affiximus: quam fundationem perpetuis futuris temporibus et in omnem aeuum valere volumus, attribuentes prædictæ societati Iesv, accedente autoritate Apostolica, monasterium desertum, olim ordinis Franciscanorum fratrum, liberalitate Regum Vngariæ exstructum, in platea Farkas vocata, in ciuitatis conspectu, cum templo, hortis, areis, turribus, atq; adeo locis omnibus circumiacentibus, iuxta moenia ciuitatis in quorum vsu ac possessione prædicti fratres Franciscani antiquitus fuerunt, præterea domum proximam, in qua olim religiosæ virgines habitabant, vt in ea schola ædificaretur cum omnibus rebus, ad eam quomodocunq; pertinentibus, liberantes eadem loca et ipsam societatem Iesv, ab omni iurisdictione, onere et seruitute ciuilium, caussarum omnium secularium et earum, quæ fori Ecclesiastici non erunt, nationem, tantum Illmo prædicto fratri nostro carissimo reliquisq; successoribus nostris reseruantes. Vt vero isti collegio a nobis, vt supra dictum est, instituto nihil ad iura, ornamenta, præeminentias, ad consuetudinem reliquarum in orbe Cristiano Academiarum deest, ex Regia nostra singulari gratia, vigore præsentium, statuimus et decernimus, vt qui in humanioribus litteris Hebraicis, Græcis, et Latinis cum laude versatus fuerit, et postea ad alterutrius facultatum, siue Theologiæ, siue Philosophiæ fastigium, argumentis prius doctrinæ suæ editis iudicio collegij peruenire voluerit, ad gradus et Baccalaureatus, et Magistri, et Doctoratus promoueri possit. Quæ quidem promotio tantandem iuris, dignitatis, præeminentiæ, ornamenti habeat, quantum istiusmodi promotiones, in Italia, Galliæ Hispaniæ, et Germaniæ Academijs de iure, et consuetudine habere solent et possunt. Quod vt auctoritate Pont. Max. sanciatur, et priuilegia iusta vniuersitatis hoc collegium omni ex parte obtineat apud sedem Apostolicam, curandemus. Pro societatis autem eiusmodi sustentatione Abbatiam Beatissimæ virginis Mariæ de solaemonastra, cum omnibus suis, quæ penè coniunctus est suburbio ciuitatis [illegible] Abbatiæ præscriptæ, post nouissimum reditum in regnum Transsiluaniæ Serenissimæ olim dominæ Isabellæ, Reginæ Vngariæ &c. et filij sui Serenissimi quondam Principis domini Ioannis Secundi electi Regis Vngariæ, felicium recordationis, in comitijs generalibus, ad festum Beatæ Catherinæ virginis, anno domini millesimo, quingentesimo, quinquagesimo sexto, in ciuitate Coloswar celebratis una cum aliarum Ecclesiarum Transsiluanicarum bonis, consensu omnium statuum et ordinum eiusdem regni Transsiluaniæ, ad publicum fisci usum, applicata et reducta bonorum, in comitijs generalibus, ad festum Beatæ Catherinæ virginis, anno domini millesimo, quingentesimo, quinquagesimo sexto, in ciuitate Coloswar celebratis una cum aliarum Ecclesiarum Transsiluanicarum bonis, consensu omnium statuum et ordinum eiusdem regni Transsiluaniæ, ad publicum fisci usum, applicata et reducta bonorum, ad dispositionem et facultatem Serenissimæ dictæ Reginæ Isabellæ, et filij eiusdem domini Ioannis Secundi prædicti electi Regis Vngariæ, translata fuere, deinq; consequenti tempore, ex gratia et liberalitate ab eodem Ioanne Rege, iure perpetuo, ad Magnificum quondam Franciscum Forgacz de Gymes, peruenere: eo vero in statu nullis relictis liberis defuncto, cum ad fiscum publicum iterum recidissent, postea, ex commemoratis possessionibus, tres totales et integræ nimirum Tiburz, Kajandbo et Boqartelke, Excellenti Georgio Blandrata Doctori medico nostro, pro suis in nos præstitis fidelibus seruicijs, iure perpetuo collatæ, porro per eum Georgium Blandrata prædictum, in comitijs generalibus, ad festum Beatæ Catherinæ virginis, anno domini millesimo, quingentesimo, quinquagesimo sexto, in ciuitate Coloswar celebratis una cum aliarum Ecclesiarum Transsiluanicarum bonis, consensu omnium statuum et ordinum eiusdem regni Transsiluaniæ, ad publicum fisci usum, applicata et reducta bonorum, ad dispositionem et facultatem Serenissimæ dictæ Reginæ Isabellæ, et filij eiusdem domini Ioannis Secundi prædicti electi Regis Vngariæ, translata fuere, deinq; consequenti tempore, ex gratia et liberalitate ab eodem Ioanne Rege, iure perpetuo, ad Magnificum quondam Franciscum Forgacz de Gymes, peruenere: eo vero in statu nullis relictis liberis defuncto, cum ad fiscum publicum iterum recidissent, postea, ex commemoratis possessionibus, tres totales et integræ nimirum Tiburz, Kajandbo et Boqartelke, Excellenti Georgio Blandrata Doctori medico nostro, pro suis in nos præstitis fidelibus seruicijs, iure perpetuo collatæ, porro per eum Georgium Blandrata prædictum recuperatæ, eidemq; monasterio de Colosmonastra restitutæ sunt, simul cum cunctis suis utilitatibus, et pertinentijs quibuslibet: terris, scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris pratis, pascuis, campis, fenetis, siluis, nemoribus, montibus, vallibus, alpibus, vineis, hortis, vineartum, pomonarijs, aquis, fluuijs piscinis piscatiis aquarum, decursibus, molendinis et eorundem locis generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus, item decimis, tam vinorum quam frumenti, tritici, hordei, auenæ, siliginis lini, canabi et aliarum fruiuum, atq; leguminum terræ nascentium, aliisq; rebus omnibus, quauis nominis vocabulo vocitatis, ad eandem prædictam Abbatiam, possessionesq; præscriptas de iure, et ab antiquo spectantibus, et pertinere debent, sub suis veris metis, et antiquis limitibus existen, commemorato collegio societatis Iesv dedimus donauimus, et contulimus, quemadmodum vigore præsentium damus, donamus, et conferimus, cum omni iure et dominio ac proprietate, perpetue irreuocabiliter, et in omne aeuum, possessionemq; earum in effectu realem præsentibus hisce litteris damus atq; concedimus, tribuentes illis plenariam potestatem administrandi, et utilitates earum omnium percipiendi, et in usus ipsorum beneplacitos secundum normam et consuetudinem instituti illorum conuertendi. Deniq; sancimus, vt collegium, et subditi ad ipsum pertinentes ab omnibus contributionibus et oneribus tam ordinarijs quam extraordinarijs sint immunes et exempti, exceptis ijs, quæ publico scito seu laudo in generalibus comitijs in communi Reipub. caussa decernuntur. Illæ, quo tanto magis rebus Deiuinis ac literis vacare possint, decernimus, vt omnes eius collegij caussæ, quæ illi cum nobilitate aut quibusuis alijs ratione bonorum intercedere poterunt, per nostrum aut successorum nostrorum, aut eorum directorem in iudicijs defendantur. Postremo omnia et singula præmissa rata, firma, et inconuulsa perpetuo haberi et obseruari debere verbo nro Regio pollicemur, simul etiam requirimus Illmum dominum fratrem prædictum nostrum carissimum, ceterosq; successores nostros vt hanc præsentem fundationem nostram sum collatione universa fideliter et religiosiore [illegible] et obseruent, totiq; pro Cristi gloria et eius ouium utilitate in hoc sint, vt ea in omnibus effectum sortiatur, temporibus universis, non obstantibus, in prædictis omnibus aliquibus legibus, constitutionibus, decretis, statutis, consuetudinibus, et alijs quibuscumq; in contrarium facientibus. Quibus omnibus et singulis in quantum præsenti nostræ fundationi, constitutioni et erectioni obstant, seu obstare in futurum possent, derogamus et derogatum esse volumus, per hus basce nostras presentes. In quorum omnium fidem diploma hoc nostrum manu nostra subscripsimus, et sigillo nostro, quo in rebus Transsiluanicis utimur pendenti roborauimus sigillari. Datum per manus Magnifici fidelis nobis sincere dilecti Martini Berzeuiczi Equitis et nostri per Transsiluaniam Cancellarij, ac Capitanei Stargardiensis in arce nostra Regia Vlrcensi duodecima die mensis Maij, anno domini millesimo, quingentesimo, octogesimo primo, Regni vero nostri Quinto.

Stephanus Rex

Marc. Berzeuiczi
per Transil. Cancell.